

aliis ratione conſuetudinis id admittit, vbi illa excuſare poteſt. Non poſſum autem non rationem, quam afferunt ex præſatis aliqui, minus eſſe conſequentem adnotare. Aiunt enim poſſe recipi, quia in locupletibus Monafteriis ſumptus maiores ſunt. Aut enim non neceſſarii illi, & ita pro eisdem nihil exigi poteſt. Aut neceſſarii: & ita ceſſat quaſtio: iam enim Monafterium, etſi locuples ſit ob reddituum quantitatem, reuera eſt egens, cum non habeat, quod ſibi eſt ad rationem viuendi neceſſarium. Addunt his temporibus præcia rerum aucta: ex quo ſimiliter arguendum, ceſſare ſcilicet quaſtionem. Videndus & Leander *Parte 5. in Expoſitione ſue Regule. Cap. 44.* exactiorem quamcumque prohibens.

Circa approbationem Confeſſariorum, an vnica ſatis. De quo *Titulo 12. num. 340.*

121 **D**E hoc egerat Diana *Parte 6. Titulo 7. Reſolut. 59.* Vbi aliquos afferentes adduxerat, Patres ſcilicet Celotium, Baunyum, & Præpoſitum, quorum ſententiæ obſtare declarationem Vrbanæ conſulerat. Pro quo & Leander *Tomo 1. Tract. 5. Diſput. 11. Quaſt. 66.* dicens non eſſe omnino certum in Regularibus.

An cum limitatione approbari Religioſi poſſint. De quo *Titulo eodem num. 354.*

DE hoc etiam Auſtor idem *loco eodem Reſolut. 61.* vbi cum Card. Lugo id concedit, P. Celotij ſententiâ reiecit. Licet iniuſtè aliquando procedere Epifcopi ſoleant, contra quorum tamen non eſt eundem voluntatem. Inualidam autem eſſe reuocationem ſine rationabili cauſa cum eodem tenet Cardinali *Reſolut. 62.* vbi & alios adducit. Qui ergo circa ſe iniuſtè agi ſciunt, etiamſi iuſtè ſe agere Epifcopi iudicent, quòd poſſint agere nequeunt ignorare, ſcandalis tamen euitatis. Pro quo videri poteſt *Lezana Tom. 1. Cap. 19. num. 8. & 9. & Paſqualigus Decif. 500.* vbi *num. 10. & ſeqq.* probat Religioſum habentem ſufficientiam non poſſe cum limitatione locorum ac perſonarum approbari, etiam ratione ætatis, quod & tenet cum aliis Leander *ſupra Quaſt. 85.*

De approbatione ad prædicandum. An examen neceſſarium. De quo *ibidem à num. 331.*

122 **N**on poſſe ab Epifcopis examinari Religioſos tenentij, quos adducit Diana *Parte 6. Tract. 8. Reſolut. 20.* dicens praxim eſſe in contrarium, & Declarationem Cardinalium, quam adducit Barboſa circa Seſſionem 5. Concilij Tridentini; ſic autem concludit: *Vnde ſuppoſito quòd ſit vera, non eſt ab ea recedendum.* Parum ergo praxim ſenſit virgere, cum obligationem totam in Declarationis conſtituat veritate. Et quidem praxis generalis non eſt, neque in Indiis viget. Quòd autem Declaratio non ſit recepta, & generaliter intimata, Auſtoris eiſdem

adedò diligentis ignorantia manifeſtat. Et nullam requiri licentiam ad prædicandum extra Eccleſias, immò contradicentibus Ordinariis id fieri poſſe tradit variis locis *Lezana Tomo 5. à ſe citatis in Mavi magno Carmelitarum numer. 466.* cum Hieron. Rodriguez. Vt ſanctè admonet P. Suar. *Tomo 4. de Relig. Tract. 1. Lib. 9. Cap. 1. num. 9.* (qui & videndus *num. 16.* pro prædicatione in plateis) Sed vitandæ turbæ, quia non ita certum, vt dixi: & vt eſſet, præſtat cedere, quam rixari.

De Sacramento Extremæ vnctionis, pro Parochis, de quo *Cap. 12. Tituli eiſdem.*

123 **C**ontra ſententiam P. Martinon, de qua *num. 345.* acriter depugnat Diana *Parte 15. Tract. 15. Reſolut. 81.* vt vnctio oleo non benedicto minimè valeat, nec ſit in praxi admittenda. Quod quidem P. Suarius ita cenſet *Tomo 4. in 3. Partem Diſput. 40. Sect. 1. numer. 6.* vbi ait talem ſententiam ſibi ad minimum videri temerariam. Sed cum eam teneat Gloſſa in *Cap. Presbyteros. 95. diſt. Caietanus 3. p. quaſt. 72. in Comment. artic. 3.* rationem generalem adducens, quæ huius etiam Sacramenti materiam comprehendit. Victoria in *Summa de Sacramentis n. 216.* P. Sa *V. Extrema vnctio numer. 6.* & probabilem etiam alij cenſeant, vt teſtatur P. Martinon, non videtur ita acriter improbanda. Cum dici aliàs poſſit oleum ipſo vſu ſanctificari. Dicente enim Sacerdote: *Per iſtam ſanctam vnctionem.* iam oſtenditur ſanctum id, quod pro eadem adhibetur. Et quidem ſimplici Sacerdoti poſſe à Pontifice facultatem concedi benedicendi oleum pro hoc Sacramento, graues Scriptores affirmant apud Dianam *Reſolut. citata.* quod ipſe probabile affirmat, & eſt in vſu apud Græcos, ex tacitâ ſaltem Papæ conſeſſione, vt ille ait: nec reiciendum ſtatuit Conſtitutione ſua Clemens VIII. quæ eſt *34. Tom. 3. Bullarij Romani.* Iuxta quod dici etiam poteſt in caſu neceſſitatis ex tacita Pontificis conſeſſione idem poſſe fieri, cum ſimilia multa in neceſſitate ſint licita, quæ aliàs prohibentur. Et cum vſu ipſo oleum ſanctificari queat, vt diximus, taſique ſit Sacerdotis intentio, inde etiam id poteſt ſufficiens verosiſimiliter reputari, & P. Suarius ad ſuam illam cenſuram, & Florentini Concilij ac Tridentini, poſt antiquiora alia Prouincialia, & Innocentij I. in *Epifſola ad Decentium Cap. 8.* auctoritate fundatur, à quibus oleum per Epifcopum benedictum vt materia Sacramenti huius aſſignatur. Atqui eo non obſtante, ſufficere oleum à ſimplici Sacerdote benedictum, probabile eſt, iuxta dicta: ergo decreta illa non ſunt accipienda vt ſonant, ita vt de neceſſitate Sacramenti ſit Epifcopalis benedictio, ſed dicendum de ordinario Miniſtro procedere, vt ex Nicolao Ylambert habet Diana *Parte etiam 10. Tract. 17. Reſolut. 32.* Ex quo & ſit neque ex illis poſſe conuinci Sacerdotalem ſaltem eſſe neceſſariam, quia id nullibi declaratur. Non ergo id videtur vti penitus improbabile reprobandum. Sed reprobatum tamen in Indice expurgatorio videtur *Anni 1640.* vt teſtatur P. Quintanad Venas *Tomo 1. Tractat. 5. Singulari 2. num. 1.*

Circa Caput II. & num. 13.

Vbi de Vnico Canonico circa lucrum.

FAcit pro Dicti 4. deciſione *Cap. Relatum & 2. de Teſtam. ibi.* Vbi autem in locum defuncti tantum eſt vnus ordinandus, is ea bona (ſicut & alia ipſius Eccleſiæ) in Dei timore diſpenſet. Videri etiam poteſt Paſqualigus *Decif. 253. num. 7.* vbi cum multis firmat ad vnum poſſe totam Collegij redigi poteſtatem.

Circa Caput III. & num. 18.

Vbi de Præbendariis ſubrogatis.

137 **Q**uòd æquiparatio idem operetur, textibus & Auſtoribus adductis oſtendit S. Rota in vna *Valentina 8. Iunii 1643.* apud Dianam *Parte 7.* & hoc in iuridico negotio; cum ſit aliàs receptum vulgò proloquium quòd *omne ſimile claudicat:* pro quo lepidum extat Epigramma Noſtri Antonij Stratij *Lib. 2. Selectorum eiſdem circa initium,* cuius illa concluſio: *In te igitur verum eſt vulgi, Chariftrate, verbum: Quod omne ſimile claudicat.*

Et quando æquiparatio eſt cum ſubſtitutione, ſtat euidentius reſolutio de fruitione eorumdem priuilegiorum, iuxta Textus & Doctores, quos adducit Paſqualigus *Decif. 103. num. 4.*

Circa Caput IV.

Vbi de obligatione erogandi ſuper cum tota Præbenda eſt in diſtributionibus conſtituta.

128 **N**egat id P. Bardi in *Selectis Libr. 3. Quaſt. 19. Diſto 2.* ſed fundamentò ferè nullo, contra quem militat quæ à Nobis ſunt adducta, & à viro docto minimè videntur expenſa. Ergo cum bona ipſius venia *Quod ſcripſi, ſcripſi.* Et ſcripſi quidem ante illum vilium, ſententiamque illam improbabilem dixi, & auctoritatis ac rationis præſidio deſtitutam: pro qua tamen ille adducit P. Azor *Tomo 2. Lib. 7. Cap. 9. Quaſt. 10.* alios referentem, additâ ratione quòd ſemper diſtributiones tales tribuuntur vt ſtipendium laboris, ſicut quod datur pulſanti organa, campanas, &c. Fructus autem Præbendæ propriè tales, & à diſtributionibus diſtincti, non dantur vt ſtipendium, ſed in titulum, ſeu inuitu Eccleſiæ, & non perſonæ vt operanti.

129 Sed certe cum probabilitas intrinſeca à ſolida ratione proueniat, quod de improbabilitate dixi verum habeo, ſi de intrinſeca loquamur, vt ex adductis redditur manifeſtum. Quoad extrinſecam verò ex Auſtorum patrociniò valde videtur exigua, nam P. Bardi, vir equidem doctus, P. Azorij ſe auctoritate tuetur, quæ eſt proſectò non contemnenda. Atqui ille teſtatur ſe cum Sylueſtro loqui, qui ex Abbate & Domineo id tradit verb. *Clericus 4. Quaſt. 4.* (non 44. vt per errorem apud ipſum) ſed quidem Sylueſter ſententiam tantam Geminiani proponit, & pro

num. 1. Victoria ſententia expuncta. Et P. Raynaudus in eruditiffimo Opuſculo de bonis ac malis libris *numer. 537.* vbi de Luſitanica etiam Inquiſitione teſtatur. Non ergo in Hiſpania aliter opinandum: quod tamen P. Martinon, & exteri alij, parum fortatè, ſed immeritò, curabunt. Licet Leander dudum in Hiſpania ſcribens id vt probabile proponat *Tomo 1. Tract. 4. Diſput. 2. Quaſt. 3.* ex multis quos citat.

124 Circa repetitionem vnctionis, ſi deſuit quidpiam, vt in caſu, de quo in citato Capite, videri poteſt Diana *Tract. 12. cit. Reſol. 31.* vbi miniſtrandum ſub conditione docet, ſi infirmus nullum aliud potuit recipere Sacramentum, ſecus ſi ſuſcepit, quia tunc graue non ſuberit detrimentum. Et in fine cum P. Pellizario concludit, ſi tempus notabile non interceſſit, vnctionem ſupplendam; ſi tale fuit, omnes adhibendas, quia probabilis eſt omnes eſſe de ſubſtantia, & Sacramentum in vltimâ perfici. Non eſſe neceſſariam ſenſuum expreſſionem ex aliis proponit *Reſolut. 32.* aliter ſentens.

Circa abſolutionem ab hæreſi an liceat reſpectu Regularium.

125 **C**ontra P. Baunyum facultatem pro illa defendentem, vt à ſuis ſcilicet maioribus Prælatis, & ab aliis ex ipſorum commiſſione poſſint abſolui, inſurgit Diana *Parte 6. Tractat. 7. Reſol. 63.* ob Decretum Vrbanæ VIII. & meritò quidem generaliter loquendo. Apud Indias tamen id, quod pro aliis licet, nequit Religioſis denegari, iuxta dicta *numer. 323. & ſeqq.* Idem firmauerat citatus Auſtor *Parte 2. Tract. 2. Reſolut. 23.* & præſertim contra Crouſers, & Scriptorem citatum *Tract. 6. Reſolut. 54. citatae Partis 6.* ob Conſtitutionem etiam Pauli V. quam & adducens Alberghinus in *Manuali Qualificatorum Cap. 38.* idem ſtatuit. Quibus non obſtantibus ſententiam P. Baun, & P. Crouſers defendit vt probabilem Leander *Parte 4. Tract. 2. Diſput. 17. Quaſt. 78.* alios adducens, licet pro Hiſpania aliter cenſeat *Quæſt. 79.* & abſolutè tenet Boſſius *Tomo 2. Tit. 4. num. 48.*

AD TITVLVM XVIII.

Circa Caput I.

Vbi de obligatione aſſiſtendi in Præbendariis.

126 **R**ater Bardi in *Selectis Libr. 3. Quaſt. 5. numer. 10.* ait non obligari ſub mortali, dum non lucrantur, non enim eſt graue Eccleſiæ detrimentum ſi ex triginta vnus deſit. Ergo vbi numerus valde minor, vt in Indiis, ſecus dicendum, in quibus nunquam prædictus extat, etiam in maioribus Eccleſiis. Sed circa hoc Regiâ eſt cautione prouiſum iam, diebus tantum quindecim pro acceptione permiſſis.

ea nullum alium inducit Auctorem, vt patet ex 9. & Tertiò, si Præbendæ, vbi in terminis loquitur quæstionis, Gemianus autem iuxta Glossam se loqui existimat in Cap. Presenti de officio Ordini. in 6. cum tamen Glossa id non exprimat, sed tantum dicat Clericum non habentem administrationem, sed personaliter & simpliciter beneficiatum, & in vita, & in morte comparari vsu fructuario, quantum ad faciendos fructus suos, & quod de ipsis potest testari: Ecclesiam autem succedere in illis, si decedat ab intestato: pro quo allegat Cap. Relatum de Testamentis, in quo cum acquisita titulo Ecclesiæ ad eandem deuoluenda (quadam exceptione facta) post mortem Beneficiarij dicantur, sic additur: *Ceterum quæ ex hereditate vel artificio, aut doctrina proueniunt, distribuuntur pro arbitrio decedentis.* Vbi pro distributionibus exceptio nulla, sicut neque in Cap. Adhæc. Et Cap. Quia nos, eodem Titulo, alibi que. Additamen Glossa distinctionem dictam satis probati ex Cap. Requisti, eodem Tit. 5. Illud. Sic autem ibi: *Illud autem non est generatim obseruandum circa eum, qui potest propriam possidere, prælacionem, vel administrationem Ecclesiæ non habentem, quod si ei aliquid relinquatur specialiter, non solum à propinquo, verum etiam ab extraneo, intelligitur esse relictum non inuitum Ecclesiæ, sed personæ: nisi probatio in contrarium appareret. Et idcirco de illo neque Episcopus, nec Ecclesiæ potest in vita eius sibi aliquid vindicare. Et hoc intelligitur esse verum, cum fraus minime procuratur: quæ si detecta fuerit, patrocinari non debet.* Tantum ibi. Quis autem non videat ad distinctionem, de qua agimus, inter fructus scilicet ac distributiones ipsas, nihil inde, quod iuuare possit, haberi? & ita de primo ad vltimum ad probabilitatem illius sententiæ fundandam nullum ab Auctoritate præsidium extare.

130 Addit tandem sic Glossa prædicta: & consuetudo generatim quasi ubique eam approbat: distinctionem scilicet illam de habente administrationem, & personaliter ac simpliciter beneficiato, quoad prædicta. Quod quidem si ita tunc erat, quando Glossa est edita, ex ea tantum habetur quod iam communiter Doctores tenent, Beneficiatos inquam sæculares facere fructus suos: id autem non obstat quo minus superflua debeant largiri pauperibus, idque saltem ex charitate sub reatu peccati mortalis, vt tradunt Doctores iidem, de quo Titulo 13. numer. 76. Nihil ergo ex consuetudine habetur, quod vterius possit dictam sententiam roborare. Et verò si consuetudo non erogandi superflua pauperibus ex distributionibus, de quibus præsertim agimus, extaret, valde esset illa eisdem incommoda, & contra sacrorum Canonum multiplices decisiones, cum in Hispania, in qua pinguiores Orbis Christiani Præbendæ, omnes ferè Ecclesiæ tali modo distributionum vtantur, vt dictum hoc Titulo numer. 19. Essetque valde obuius ad defraudationem pauperum modus, & eorum clamores pariter ad Deum iustum iudicem prouocandi, eo pacto Præbendarum prouentus disponendo.

131 Prædicta ergo summaria recollectione sic constant. Sententia dicta solidà caret ratione, P. Bardi eam tenens auctoritate P. Azorij se tueretur: hic Syluestri, qui nihil de suo addens Gemianum loquentem inducit, qui & Glossæ

conformiter se loqui profitetur. Atqui Glossa nihil tale tradit, & vt id insinuate dicamus, Textus, quos allegat, minime, vt vidimus, suffragantur, sicut neque allegata ab ipsa consuetudo. Glossam autem vnius tantum Doctoris auctoritatem habere apud Pasqualigum videri potest Decis. 4. ita vt præferri possit & postponi iuxta probabilitatem, quam eius sententia continet. Quod & de Rota censet, vt scilicet probabilis tantum illius decisio sit, cui alia præferri possit etiam minus probabilis. Quale ergo in sententia huiusmodi firmamentum, vt eam tamquam probabilem, cum adeo sit infensa pauperibus, & pijs operibus proponere valeamus? Viderint alij an maius occurrat quidpiam, vel circa præfata aliter oporteat iudicare: Nos enim sincero iudicio proposito, suum alijs acutiùs inspicientibus referuamus.

Circa Caput V.

Vbi de Congrua Præbendariorum.

132 **A**git de illa P. Bardi Lib. 3. & Quest. 10. tit. 4. Sect. 4. numer. 3. & 4. & de obligatione erogandi, quæ Congrua superfluunt, & Sect. 8. ait nobilibus plus permitti, sicut litteratis, & in suo munere diligentibus, iuxta dicta à Nobis numer. 25. Pro quo & Diana cum alijs contra Lorcam Parte 2. Tract. 16. Resol. 24. Vide numer. 104.

Circa Caput VII. & seqq.

Vbi pro distributionibus quæ absentia noceat, & secus.

133 **D**eberi DD. Inquisitoribus affirmat P. Bardi supra Quest. 7. numer. 4. Celebranti dum cantantur Horæ aut Missa, si causa publicæ utilitatis sit, non priuata, P. Tamburinus Lib. 3. de Sacrificio Missæ Cap. 3. s. 4. numer. 2. Seruienti ob vnitam Paraciam, de quo numer. 76. Seruienti ob vnitam Paraciam, de quo numer. 76. ex Decisione Rotæ 2. Maij 1646. apud Dianam Parte 8. vbi & de modo seruendi. Mensibus à iure, aut alijs permissis, vacantibus, ex pluribus apud eundem Parte 10. Tractat. 11. Resol. 58. vbi & negantes multi. Etiam tunc inhonestè videntibus, ex P. Sancio, & Martino à S. Ioseph apud eundem etiam id non prorsus improbabile reputantem. Quod videtur improbabile aliquatim censere, sed immeritò, vbi Doctoris tantè extat auctoritas, & aliorum etiam nullam adhibentium limitationem: perstatque ratio concessionis, leuamen scilicet à quotidiano labore, quod reuerà obtinetur, licet cum vacatione actiones Præbendaris indignè misceantur. Vacatio ergo ex se mala non est, licet sint damnabilia, quæ adiunguntur. Legentibus Theologiam aut ius Canonicum ex Pasqualigo ab obligatione assistendi penitus eximente. Decis. 460. P. Mendus Lib. 2. de iure Academico Quest. 30. & 31. à Nobis circa hoc dicta confirmat, pro Cathedralis scilicet, quos Religiosi possunt moderari.

Alia

Alia circa eosdem.

134 **A**n lucretur qui assistunt, sed confabulantur in Choro, tractat Diana Parte 10. Tractat. 13. Resol. 10. & Doctores asserentes ac negantes adducit posterioribus adhaerens, & sunt ex Societate I. E. S. V. illi, apud quos alij. Quod & non improbabile existimat P. Tamburinus in Decalogum, Lib. 2. Cap. 5. s. 4. numer. 19. & eum temperamento quodam amplectitur Pasqualigum Decis. 408. Ibidem etiam, & infra, Tract. 16. Resol. 47. in fine discutit etiam Diana an assistens, & neque ibi aut alibi recitans diuinum officium, lucretur. Et pro vtraque parte Auctores producit, cum negantibus ipse sentiens, & quod penitus amittat, qui & Tract. 16. Resol. 54. multa circa distributiones habet, quod scilicet negotiis Ecclesiæ occupatus lucretur, etiam si extra tempus officiorum illa possit expedire, quia nimis id esset molestum. Et quoad hospitis exceptionem, & rationem barbæ, cum P. Sancio sentit, sicut quoad morbum ex propria culpa contractum, reputans item probabile lucrari illum posse, etiam cum data operâ est contractus ad assistentiam euitandam; cum tamen oppositum probabilius arbitretur. Quemadmodum & cum morbus tempore iniuste absentia superuenit, id quod aliqui negant probabiliter iuxta ipsum, si redeundi & assistendi voluntas adsit, vbi à morbo fuerit liberatus. Circa gradum infirmitatis specialia aliqua congerit, in quibus nulla esse videtur difficultas. Et quod cæcus ac surdus ad assistentiam teneantur. Non canentes nihil lucrari P. Tamburinus numer. 15. Pro hoc videri potest Leander Parte 4. Tractat. 2. Disp. 9. Quest. 41. Videndus & Vericelli Tomo 1. Tract. 8. Quest. 28. vbi retractat quod dixerat Tractat. 1. Quest. 16. scilicet non esse mortale, omissionem Tertie, aut Sextæ, ob declarationem Cardinalium.

AD TITVLVM XIX.

Circa Caput III. & n. 20. & 21.

Vbi an Theologus vel Canonista pro Vicariatu præferendus.

135 **P**ræferendum Theologum ex multis firmat Diana Parte 7. Tractat. 12. Resol. 32.

Circa Caput IV. & n. 27.

Vbi de pacto dandi aliquid ex gratitudine.

Sententiam id admittentium non esse in praxi recipiendam, dixerat etiam Diana Parte 6. Tractat. 7. Resol. 42. nonnullis vtrinq; citatis. Pro quo & videndus Lezana Tomo 3. v. Dare, numer. 28. licet P. Gibalinus Tomo 1. de Vsuris, Lib. 2. Cap. 3. licere in mutuo dicat, sed non consulendum ante factum Art. 3.

Circa Caput V. n. 37. & 52.

Vbi de Irregularis resignatione.

Posse illum renuntiare in fauorem tertij tenent multi apud Leandrum Parte 5. Tractat. 1. disput. 4. Quest. 19. & Dianam Parte 10. Tractat. 16. Resol. 24. vbi qualiter se gerere irregularis queat, dum non est priuatus per sententiam. Qui & Parte 6. Tractat. 7. Resol. 42. plures adducit, asserentes posse aliquem resignare Beneficium expressâ intentione vt aliud conferatur, cum obligatione tantum antedotali: quod alijs non placet.

Circa Caput VI.

Vbi de stylo Curie.

136 **V**idendus etiam pro eo Diana Parte 12. Tractat. 2. Resol. 25. vbi plurimos obligationem negantes adducit. Vide & pro eo Lezanam Tomo 5. in Mari magno Minorum, numer. 93. & Bossium Parte 1. Titul. 1. numer. 581. & seqq.

Ibidem circa num. 74.

Circa potestatem dispensandi in irregularitate ob defectum natalium.

Videndus etiam pro eo Diana Parte 7. Tractat. 2. Resol. 24. vbi plures Doctores adducit affirmatiuam sententiam tenentes, quam & probabilem censet, sicut & Leander Parte 5. Tractat. 2. disp. 3. Quest. 56. plures citans.

Ibidem circa num. 77.

Vbi de dispensatione super bigamia.

Negat potestatem ad illam, etiam cum interpretatiua tantum est, ad minores Ordines, Episcopo, & consequenter Capitulo, P. Bardi in Selectis, Lib. 7. Quest. 15. Lezana infra, numer. 7. & Leander supra, disputat. 6. Quest. 33. qui Quest. 35. affirmat in Indijs posse ob necessitatem, etiam cum est propria. In casu necessitatis generaliter admittitur à Patre Bauny Tomo 2. Tractat. 11. Quest. 59. qui circa Religiosos Quest. 68. Pro quo etiam Diana Parte 7. Tractat. 2. Resol. 37. & Tractat. 11. Resol. 43. & Lezana pro similitudinaria v. Bigamus, numer. 6. quam admittit.